

De opio ad sanandam choleram epidemicam remedio : dissertatio inauguralis medica ... / publice defendet auctor Mauritius Marcusy.

Contributors

Marcusy, Moritz, 1807-
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Vratislaviensis : Typis officinae vid. Philippis, [1832]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/es4h5skr>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





5
DE OPIO
SANANDAM CHOLERAM
EPIDEMICAM REMEDIO.

DISSERTATIO
AUGURALIS MEDICA

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN
ACADEMIA VIADRINA VRATISLAVIENSI

PRO SUMMIS
MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS RITE
CAPESSENDIS

IDIE XXX. MENS. JUNII ANNI MDCCCXXXII.

H. L. Q. C.

PUBLICICE DEFENDET

AUCTOR

MAURITIUS MARCUSY
SILESIUS.

VRATISLAVIENSIS,
TYPIS OFFICINAE VID. PHILIPPIS.

DE OPIO
SALVANDAM CHOLERAM
EPIDEMICAM REMEDIO.

DISSERTATIO
AUGUSTI MEDICI

CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN
CADESSA VIADRINA VITAEVANSI

1800
MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS RITH
CADESSA

DIE XXV. MENS. JUNII. MDCCCXXII.

M. D. C.
FUNDIT DILECTISS.

AUCTOR

MARTINUS MARGUS
MEDICUS

VIADRINA
TITULUS ORDINIS MEDICORUM

VIRO
ILLUSTRI, CELEBERRIMO, EXPERIENTISSIMO

W. H. G. REMER,

PHYSICAE ET MEDICINAE DOCTORI AUGUSTISSIMO BORUSSORUM
IN SUPREMO SILESIAE REGIMINE A CONSILIIS, MEDICINAE
PUBBLICO ORDINARIO, ORDINES MEDICORUM SENIORI,
PHYSICI MEDICI CLINICI IN UNIVERSITATE LITERARIA VRATISLA-
VENSIS DIRECTORI, COMPLURIMUM SOCIETATUM LITERARIARUM
SODALI etc. etc. etc.

PRAECEPTORI SUO DILECTISSIMO

PRIMUM STUDIORUM SUORUM SPECIMEN

PIO GRATOQUE ANIMO

CONSECRAVIT

AUCTOR,

Ohne Urtheil handeln und etwas thun, blos weil es An-
gehan haben, heisst blind handeln. Das blosse Bei-
enthält keinen Grund, als den zur blinden Empirie.

Heinroth

um, quum constet, unquam fuisse morbum,
quem alii experientiae auctoritati confisi,
non laudaverint, alii autem experientia ipsa,
arbitratrice illa, ut ait Vogt, ducti, non repu-
diaverint, non est, quod miremur, si idem sen-
tiant, quum certamen de Opio, ad sanandam cho-
leram, remedio exortum sit. Hic morbus ter-
ribilior autem fama factus, totam
Indiam, cujus fines quum transgrederetur, ti-
muerat, et medici nimirum, quippe qui
hostis indolem nescirent, ancipite ne dimi-
derint Marte, metuerunt. Quid igitur mirum, me-
dicorum auctoritate collegarum in India morbum ob-
staculum permotos memoresque illius hippocra-
ti: ὅ ἐς τὰ ἔσχατα νοσήματα αἱ ἔσχαται
αἰτίαι ἐς ἀριβέλτην κρᾶνται, huic pernicioso
Opium opposuisse, cujus salubrem in cho-
lerae sporadicam virtutem bene noverant.
Indicae medendi ratio quamquam vituperanda
est, eoque minus, quum indolis morbi inscitia
et observationibus epidemiae summa cum
pericula irrumpentis cursim raptimque institu-

Indicae cholerae hoc in libello cholerae epidemicam sig-
nificare velim.

Hippocr. Aphor. I. 6.

tis ad medendi viam, quam vocant, rationalem perducere non potuerint medici: non confiteri tam non possumus, hanc methodum ad aegrorum salutem parum pertinuisse. Nam nec aetate, nec sexu, nec aegri constitutionem neque diversis morbi stadiis spectatis Opium tanta in dosi adhibuerunt, quam haec aetas admiratur, posteritas autem fictam habere malet quam confiteri, miseros illi aegros, quibus cholera fortasse pepercisset, ex numeris illorum, quos auxilio vocaverint, morte accepisse.

Memoratu dignum esse censeo illud ab I. Wendt²⁾ stricte apteque dictum, ad Gangis ripas innumerabilia sepulcra Opii pertinere abusu: sed proh! non solum ad Gangis ripas, verum etiam aliubi.

Quum autem eventus illis, quas de Opii usu fecerunt, expectationibus non responderet, Opiumque, quum viderent, saepe saepius non solum auxilium non tulisse, sed potius nocuisse, Scyllam, quod saepe fieri solet, qui vitare voluerunt, Charybdin ceciderunt — Opium enim medicamentum contra choleram apparatu expulerunt medici. Sed veritas, ut fit, inter nimium et parum tenet locum, et quodcunque absolutum repudiandum est. Nemo enim medicorum, nisi opinione praeprejudicatus, Opium contra choleram habebit specificum medicamentum panchrestum: praesertim quum mortis adsint cholerae conditiones, quae Opium veteris usum. Abnuendum tamen non est, Opium ad

2) Sendschreiben etc. von J. Wendt. Breslau 1830.

adhibitum in aegris cholera laborantibus clarum, nullo alio medicamine supplendum remedium 3).

Rem igitur inanem eum non suscipere, puto, ubi Opium ad sanandam cholera adhibendum, autem rejiciendum sit, statuere conatur. Sed possum, quin confitear, me summo vexari tunc, ut vires meae ad perficiendam rem tam gra-
sufficiant. Certissime vero ne verbum quifacere ausus essem, nisi pro summis in mea honoribus capessendis disserere cogeretur tiro: cui autem idcirco hac de re, quia per aliquod tempus Opium virtutes in aegris cholera laborantibus observandi occasio mihi data fuit.

Quum autem medicaminis cujusvis indicationes inque in morbo eo facilius ad intelligendum quo accuratius et medicamento in organismum humanum vim, et morbi naturam perscrutari posses, liceat mihi considerare primum Opium virtutes in universum, dein cholerae naturam, denique autem de hujus medicaminis usu ad sanandam cholerae naturam disseram.

SECTIO PRIMA.

DE OPII IN ORGANISMUM HUMANUM VIRTUTIBUS.

versas illas, quas omnis aevi habuerunt medicinas de Opium virtute si legimus, mirum non fore videtur. Die indische Cholera etc. von Chr. F. Harless, Abt. I, S. 511.

est, si confusiores, ut ait Tralles, fiamus, quam instructiores. Clarissimi enim medici de hujus medicaminis vi summa cum vehementia in utramque partem dimicaverunt: nihilo tamen minus ancipite praelio dimicatum est. Quam rem ita se habere, haec, quae sequuntur, exempla loculenter probant. Galenus enim ejusque asseclae frigidam vim tribuerunt Opio idque cum aromaticis conjunxerunt; Paracelsus contra hoc medicamen putavit irritans, et Bruno animo inflammato exclamavit: »Opium mehercle non sedat!« Helmont, quippe qui Archaeo summum corporis imperium tribuerit, Opium, quod in Archaeum salubriter agere putabat, saepe in morbis adhibuit; Stahl autem animam, custodem quem bonae malaeque valetudini posuerit Deus, Opii usu perturbari noluit; Fr. Hoffmann in sanguinem, Cullen in nervos tantum Opium suam exercere vim putavit. Sydenham ⁴⁾, quippe qui experientiam non rationem sibi creaverit ducem (docet enim, inquit, experientia, non autem ratio) rectius Opii naturam judicavit, dicens: »rudis enim sit oportet et parum conpertam habeat hujus medicamenti vim, qui idem sopori conciliando, demulcendis doloribus et diarrhoeae sistendae applicare tantum novit, cum ad alia plurima, gladii instar Delphici accomodari possit etc.«

Recentiore quoque tempore, quamquam Hecker, Orfila et alii affirmaverunt, linguam nostram carere verbis, quibus Opii vim peculiarem singula-

4) Th. Sydenham opera medica. Tom. prim. Genevae MDCCLVII. p. 113.

enque describere possemus, aliquot scriptores
 sui virtutes secundum rationem explicare sunt
 aucti. Praecipue autem Ill. Hufelandius ⁵⁾ no-
 tandus est, qui summa cum eruditione, uti solet,
 suam Opium theoriā in lucem produxit suamque
 attentionem hisce declarat verbis: »Die Grundwir-
 kungen des Opiums sind die excitirende fürs Blut-
 system, zugleich aber die sedative fürs Nervensy-
 stem, welche letztere Wirkung eben so primitiv
 als die erste, eine direkt auf die Nerven ge-
 richtete Action.«

Quatenus haec sententia vera sit, aut falsa,
 quum omnia quae organismus post Opium usum
 praesentat phaenomena, secundum Hufelandii theo-
 riam explicari possint, nec ne, sapientes judicave-
 rint. Equidem censeo, illam illustris viri senten-
 tiam hypothese acutam esse habendam: assentior
 tamen Ill. Wendt ⁶⁾, dicenti, veram naturae Opium
 declarationem posteritati esse delegandam.

Quid? Res quum ita sese habeant, ego tamen
 meam de Opium virtutibus sententiam proferre au-
 deam? Num fortasse tanta mei fiducia sum imbu-
 tus, ut, quod viris omnis aevi sagacissimis non con-
 ceperit, me hoc assecuturum esse, sperem? Ne-
 quaquam ego. Quum autem qui ad futurum opus
 suo virili parte quam minimum confert, ne dicam
 adandus, neque tamen vituperandus sit, hanc rem
 illam suscepi, spei non expers, lectores benevo-

⁵⁾⁾ Die drei Heroen der Medizin, I Stück, Julius, Berlin
 1829.

⁶⁾⁾ Die Hülfe bei Vergiftungen etc. von J. Wendt. Bres-
 lau 1815. p. 76.

los, illius proverbii antiqui memores: »in magnis et voluisse sat est« me in tirociniis haerentem ex aequo esse iudicaturos.

Priusquam autem ad rem ipsam eamus, necesse est, ut nonnulla, quae ad res melius faciliusque cognoscendas valeant, praeferantur.

Duplici enim modo medicamina, praecipue nervina ampliori sensu sic dicta, vim suam in organismum exercent, et hoc quidem

1) contactu, licet volatilior medicaminis pars, organon multis nervis praeditum si attigerit, recipiatur vitaeque organismi adducatur, quae ratione actio dynamica excitatur;

2) resorptione, aut aliis ut utar verbis, firmior medicamenti pars vasibus resorbentibus recepta organis ad assimilationem pertinentibus traditur actioque chemica efficitur.

Quae vero actiones, quod ad qualitatem attinet, et parvis et magnis adhibitis medicamenti dosibus, nullum faciunt discrimen, quarum tamen quantitas a medicaminis copia pendet, quod quoque Vogt 7) de Opio quum dissereret hisce verbis pronuntiat: »Von der ersten Spur der kleinsten Wirkung des Opiums bis zur tödtenden Vergiftung findet eine unendliche Reihe von Gradationen und Uebergängen statt etc.«

Convertamus nunc omnia, quae supra in universum dixerim, in medicamen hic tractandum, in Opium.

7) Lehrbuch der Pharmakodynamik von Vogt. Bd. I. S. 92.

Habet enim Opium, ut opinor, duplicem in organismum vim, eamque

1) dynamicam quam vocant, medicaminis cum nervis contactu exortam. Quae actio manifestatur:

a) vi primitiva, systema nervosum sedante, sensibilitatem minuente;

b) vi secundaria, quae e primitiva exoritur et irritabilitate, reactionis facultate adaugenda se declarat;

2) vim chemicam, quae resorbendo et assimilando procreatur, sanguine mutato indicatur.

Videamus nunc, utrum omnia, quae post Opium observantur, phaenomena ex hac de ejus virtutibus sententia deducenda sint, nec ne.

Parca*) Opium dosi ventriculo adhibita actionem dynamicam percipimus. Augetur enim irritabilitas minuta sensibilitate, unde jucundus ille illoris sensus in ventriculo statim post hujus medicaminis usum, eoque major, quo adauctior fuit sensibilitas, id quod in cardialgia nervosa, si in sensibilitate ventriculi adaucta posita est, observatur. Opium autem vis si, aut opportunitate aegri, ut majore dosi, ad systema nervosoplanchnicum spinalem pertinuerit, in omnibus corporis systematibus phaenomena animadvertuntur essentialia. Minuitur enim adaucta sensibilitas in omnibus his partibus, quae a Gangliis aut systemate medullari recipiunt nervos, unde salubris Opium virtus in doloribus spasmisque sensibilitate adaucta exortis, v. g.

*) Quum eadem dosis in uno parca in altero autem magna sit habenda, vi verbi Magni et Parvi ambigua individualitatis aegri ratione ut utamur, necesse est.

in trismo tetanoque post vulnerationem, in colicis nervosis, doloribus ad partum spasticis etc.; elevatur dein irritabilitas, quod turgor vitalis major redditus loculenter probat. Praecipue autem systema reproductivum nos de hisce Opii virtutibus certiores reddit. Nam turgor vitalis major, quum spasmus cutis vi Opii in systema nervosum periphericum sedante removeatur, diaphoresin provocat adjuvatque.

Quum autem inter cutem membranasque organorum internorum mucosas, praecipue canalis alimentaris, ratio antagonistica adsit, adaucta nimirum cutis actione secretiones tubi cibarii minuuntur, vasa resorbentia fiunt efficaciora (unde desiderium fluidorum summum) nunc etiam virtute Opii sedante motus peristalticus retardatus est: ex quibus omnibus vis Opii obstruens, secretiones canalis alimentaris coërcens, originem ducit. Qua quoque ratione renum secretionem videmus coërcitam, minuta excretionem urinae materia animali satiatae manifestatam (Vogt l. c.). Qua de re sententia eorum, qui Opio vim diureticam tribuunt, nonnisi in iis casibus probanda est, ubi vi quadam dinamica urinae secretio excretioque impeditur. Sublata enim causa, i. e. impedimentum dynamicum Opii ope si removeris, functiones organorum uropoëticorum restituuntur: vim autem vere diureticam Opio attribuere non possumus. Et jure contendit Vogt (l. c.) Opium secretiones corporis internas minuere, externas autem augere, cujus sententiae profert argumentum, puris secretionem in partibus corporis internis coërceri, in externis autem

geri. Quod vero vim Opii in organismum chemicum attinet, sanguini post hujus medicaminis vim majorem indolem inesse videmus venosam, etiam arteriosam. Augetur idcirco bilis secretio in hepate, organo sanguinis venosi, ut ita dicam cellulari, secretionibus internis minutis.

Cerebrum autem Opio affectum si est, sequitur, ut qua forte animi indole praeditus sit homo, majorem accipiat vim v. g. sagax sagacior, fortior fit etc. adhibita gradus affectionis ratione. Primo enim affectionis gradu sensibilitate muta irritabilitas augetur, quapropter sensorii affectiones incitantur. Opii autem vis in cerebrum acta si est, ut sensibilitatem coercitam nimia sentatur reactio; si vero aequabilitas inter sensibilem et irritabilitatem perturbatur; si denique impressiones externae ob sensuum externorum hebetudinem nullam in cerebrum exhibent potentiam: conscientiam sui ipsius perit, mentisque functiones, et sensu interno sic dicto exeunt, gradum assumunt extensum.

Et in ceteris systematibus organisque majorem medicamenti vim conspicimus. Circulatio enim sanguinis valde est accelerata, pulsus frequentes, pleni, et turgent; exoritur congestio venosa, quae prout potissimum occupat, facies colore fere coeruleo obducitur (Vogt l. c.) vires corporis quam maxime elevantur etc. Interdum affectiones quoque inflammatoriae adsunt (Hufeland); praevalet etiam manifestissime venosa sanguinis natura.

Sed status ille soporosus, qui saepe sub hac conditione intrare solet, a somno, qui adhi-

bitis parvis dosibus apparet, nobis est distinguendus. Sopor enim accumulatione sanguinis ejusque pressu in cerebrum efficitur, somnus autem minuta impressiones externas recipiendi facultate exoritur, si ante Opii usum sensibilitate adauctum somnum capere non potuit ager.

Restat adhuc, ut de summo Opii in organismum ingenio, intoxicationem, quam vocant, non nulla faciam verba. Quod vero, quum potius a toxicologiam pertineat, ego autem, ne supra ac juet fas sit repeterim, timeam, silentio id transeam et ad confirmandas Opii indicationes me convertam.

Quantopere medici de agendi Opii ratione inter se discrepent, constat tamen inter omnes, id quod experientia docet, Opium sensibilitatem sedare, irritabilitatem excitare, in sanguine ipso indolem venosam praevalentem provocare, secretiones internas, bilem si exceperis, coërcere, externas autem augere.

Quare Opium mihi indicatum esse videtur:

- 1) pro systemate nervoso in erethismo, in spasmodicis doloribusque, qui in sensibilitate praevalent sunt positi;
- 2) pro systemate sanguineo in irritabilitate minuta;
- 3) pro systemate reproductivo in secretionem canalium alimentaris adaucta, potissimum si secretio ad serosam magis, quam mucosam inclinat naturam (Vogt); in hepatis secretionem coërcita in cutis actione impedita.

Vetant autem Opii usum;
 in systemate nervoso, debilitas torpida, paraly-
 sis, sopor, typhomania etc.;
 in systemate sanguineo, plethora, congestiones
 caput versus, inflammatio, natura sanguinis ve-
 nosa morbose adaucta;
 in systemate reproductivo, gastricismus, alvi
 obstructio etc.

SECTIO SECUNDA.

DE CHOLERAE EPIDEMICAE NATURA.

Horribilis cholerae imago depopulationesque, quas
 cunque terrarum fecit, satis superque medicos
 perscrutandam hujus morbi naturam instigabant.
 Ill tanta per breve tempus librorum atque obser-
 vationum exstitit de hac re copia, ut his scriptis
 enim medicus quidam ⁸⁾ (jocose dicit) cholerae
 neminem opponere medici voluisse viderentur. Et
 vera per plures hebdomades legendis tantum
 scriptis operam quis navare cogitur. Nam
 illius fere exstat morbus, quocum affinitate qua-
 m cholera esse conjunctam non putaverint me-
 di, nec quidquam invenies in cholera, in quo
 unus alterve medicorum naturam morbi sitam
 censuerit. Quum autem multae harum opi-
 num veluti ingenii commenta dies jam deleve-
 rit, eae autem, quae hucusque restant, in eo sint

⁸⁾ Siehe schles. Cholera-Zeitung, letzte Folge, No. 3.

positae, ut una medicorum pars systema nervosum affectum, altera autem systema sanguineum morbo occupatum cholerae naturam putent, rejectis recipiendis duas has opiniones pro virili parte perloquastremus.

Patet enim, contagia aequae ac miasmata a singula corporis systemata potissimum referri, imo vero, ut unum alterumve prae ceteris efficiant. Quidnam igitur systematum imprimis occupatum cholera? Nervosumne? Revera verisimile est, morbum agens cholericum, quippe quod totam organismi vitam corripiat, immo vero, quod apud nos interdum observatum est et medico cuidam Pekingiensi⁹⁾ saepe occurrit, quasi uno ictu delectum id systematum corporis afficere, quod et extensione et conjunctione non solum cum ceteris systematibus, sed etiam cum rebus externis ad recipienda et disseminanda per totum corpus semini morbi aptum sit. Nervosum autem id systema esse et praecipue nervoso-splanchnicum, eum non fugiet, qui hujus systematis in organismum vim et physiologia cognoverit. Quare multi medici (Keraudren¹⁰⁾, Scott¹¹⁾, Dann¹²⁾, Henschel¹³⁾

9) Siehe Hasper über die Natur und Behandlung der Krankheiten der Tropenländer, S. 264.

10) P. F. Keraudren, de cholera morbus de l'Inde et Paris 1824.

11) S. Hasper l. c. S. 273.

12) Die Cholera-Epidemie in Danzig von Dr. Ed. Dann S. 27.

13) Siehe Rust's Magazin, Band 23. Heft 3.

Unroth ¹⁴⁾, Hille ¹⁵⁾ et alii cholerae naturam in
 tremate nervoso affecto posuerunt, qui vero,
 umquam de affectionis systematis nervosi ratione
 sentiunt, sanguinis tamen decompositionem vi ner-
 um mutata exoriri consentiunt.

Sed si illustribus his viris concedere debe-
 s, systema nervosum morbo esse affectum, eoque
 gis, quum vomituritio, abdomen retractum, sin-
 tus, spasmi in partibus corporis extremis et alia,
 ee prima morbi apparent signa, id manifestissi-
 declarant, non possumus tamen non dubitare
 na putemus, systema nervosum affectum, alia vi
 iiva non accidente, hanc mutationem sanguinis
 umicam peculiaremque procreare posse. — Au-
 mus quae Ill. Bartels ¹⁶⁾ de sanguinis alienatione
 llarat, dicens: „Wer sich aus der übrigen
 ankheitslehre erinnert, wie stark abweichende
 lificationen der Blutmischung ohne auffallende
 nderung seiner in die Sinne fallenden Eigen-
 aften statt finden können, der wird die enor-
 n Veränderungen würdigen, welche das Blut
 einem Wesentlichen erleiden muss, um so zu
 eheinen, wie es sich in der Cholera darstellt.“
 am vero mutationem sanguinis peculiarem quum
 stet, brevissimo tantum tempore interposito

14) Allgemeine Cholera-Zeitung etc. von Julius Radius.
 No. 6.

15) Beobachtung über die asiatische Cholera von Dr. H.
 Chr. Hille, S. 72.

16) Grundzüge einer speciellen Pathologie und Therapie
 der orientalischen Cholera etc. von E. D. A. Bar-
 tels, S. 25.

semper intrare, nullum restat, ut opinor, dubium quin sanguinem agente cholero ipso affectum habeamus.

Quid? Num sanguinis decompositio cholerae indolem indicat? Id quod Jochnichen ¹⁷⁾, Hermann ¹⁸⁾, Pulst ¹⁹⁾ et alii putant.

Mittamus, quae Heinroth ²⁰⁾ contendat, agentem cholericum qualemcumque corporis partem afficiat semper systema nervosum attingere, eoque certius quum cutis, quippe quae magnam rei morbificam praebet superficiem, intus extusque nervis si praedita: nos tamen ne fugiat, necesse est, ut supra jam dixi, prima cholerae signa spasticae esse indolis; denique verisimile non est, sanguinem affectum tot tantasque totius corporis perturbationes, ut interdum tempore perbrevis interjecto vitae extinguatur, procreare posse.

Et observationes a Cel. Pulst in Polonia institutae, quibuscum paucae quoque meae congruunt in illis nempe regionibus, ubi cholera versabatur sanguinem hominum cholera non laborantium, venae sectione instituta, nigrum praebuisse colorem nihil, ut opinor, probat. Nam nunquam in valida venae sectio instituta est, dein in omnibus illis quas cholera afflixit, terris duos vel tres inter

17) Allgem. Cholera-Zeitung von J. Radius.

18) Ibidem.

19) Die asiatische Cholera im Königreiche Polen etc. von Dr. Pulst.

20) l. c.

attum vix vidisti homines, qui de molestiis systema nervosum affectum indicantibus querelas non facerent. Modo enim de dedolatione, modo de angina, immo vero de crampo conquesti sunt. Quas aegritudines, si nonnulli contendunt, in imaginatione potius, quam in natura esse positas, illorum opinio, veluti ad arbitrium facta, repudianda est.

Res quum ita sese habeant, veritati magis contrarium esse videtur, systema et nervosum et sanguineum eadem re morbifica, fortasse quoque eodem tempore, corripitur. Verum enim nemo est, qui neget, systema sanguineum aequè ac nervosum vim inter sese exercere, vel potius verisimile est, perturbationem sensibilitatis systematis sanguiferi (quam Cœl. Remer²¹) indolem cholerae causat) magnam in sanguinis alienationem ejusque circulationem impeditam habere potentiam: nihilo minus ex omnibus supra a me dictis intelligendum est, agens cholericum chemica nimirum ratione ad systema sanguineum pertinere, eumque illa re interposita alienare.

Spectanda autem nobis est duplex illa systema nervosi affectionis ratio. Nam systema nervoso-splanchnicum et spinale in erethismo, cerebrum et ejusque nervi in torpore versantur. Quam ob rem opinionem probant haec. In omnibus enim morbis, quae a systemate nervoso-splanchnico et

(21) Beobachtungen über die epidemische Cholera etc. von J. Remer.

spinali accipiunt nervos actio nervorum adaucta v. g. dolores in dorso, spasmi in visceribus abdominalibus partibusque corporis extremis animadvertuntur, eoque certius, quo firmior est organismus ad reactionem. Quare symptomata in hominibus firmæ constitutionis vehementiora sunt, quam in debilibus, id quod Searle²²⁾ quoque affirmat dicens, se vehementiores observasse spasmos in Europæis quam in Indis. Torporem autem cerebri nervorumque cerebralium satis superque animi demissio, surditas, frigus linguae halitusque et alii indicant. At judicatu difficile est, utrum hic cerebri status a morbi initio jam adsit, an ex erethismo præcedente originem ducat, quia non adest, ut opinor, causa*), cur eadem re morbificum systema cerebrale torpidum, systema autem nervoso-splanchnicum et spinale erethicum reddatur neque tamen, quod sciam, erethismus cerebri ejusque nervorum hucusque memoraverunt medici. Omnia autem hæc, quæ de statu cerebri nervorumque cerebralium dixi, ad nervum vagum maxime sunt referenda. Causa enim vocis cholæri-

22) Ueber die Natur der Cholera von Carl Searle aus dem Engl. von Dr. C. F. v. Graefe.

*) Num fortasse secundum leges, quas Polaritätsgesetze appellamus, Plus reactionis in systemate nervoso-splanchnico et spinali Minus illud in cerebro ejusque nervis efficit? Tum vero, alia ut omittam, torpor cerebri paulo post erethismus Gangliorum intrantem appareat, necesse est, nonnulla autem jam ab initio morbi adsunt signa, quæ cerebri torporem produnt.

quum neque in larynge neque in trachea ulla
 eriat mutatio, in alienatione dinamica rami
 currentis nervi vagi ponenda esse videtur. Quem
 statum paene paralyticum laryngis atque pul-
 monum, qui omnes fere nervos a vago accipiunt,
 antur illa quae Dr. Romberg ²³⁾ instituit pe-
 lla. Plures enim aegros cholera laborantes, ut
 in artificialem excitaret, qua sanguinis circula-
 tem per pulmones augeret, vapores benzoicos
 irare jussit, sed frustra. Et nimirum phaeno-
 con illius pueri, quem Pulst ²⁴⁾ narrat cholera
 upatum a tussi convulsiva, qua antea labora-
 et, liberum fuisse, cholera autem cessante tus-
 siconvulsivam iterum intrasse, statum pulmonum
 magisque manifestissime declarat.

Sub hac rerum conditione, non est, quod mi-
 tur, si vi nervorum in pulmones suppressa, re-
 atio tardior fiat, et sanguinis circulatio sensim
 imque impediatur. Cui vero causae dynami-
 respirationem sanguinisque circulationem im-
 eenti accedit causa mechanica, coagulationes di-
 polyposas, quae in corde vasibusque majoribus
 mantur, vivente adhuc aegro (Remer, Joehni-
 l. c.) Inde quoque, nisi fallor, explicanda est
 ar illa inter respirationem cordisque pulsus ra-
 equam Joehnichen et alii se semper observasse
 eendunt: licet respiratione retardata pulsus cor-

) S. Allgem. Cholera-Zeitung etc. von J. Radius Bd. II.
 No. 37. S. 200.

) l. c. Seite 9.

dis frequentiores fiant. Cor enim coagulationibus sanguinis irritatur, majoremque ad actionem excitatur.

Memoratu digna sunt conamina a Professor Mayer ²⁵⁾ instituta, quae sententiam supra declaratam firmare videntur. Subligavit enim multis in animalibus nervum vagum. Quo facto cordis pulsus justis frequentiores, respirationem valde retardatam, in mortuis autem, praecipue ubi mors longiore tempore post subligationem factam intraverat, coagulationes firmas albidasque in corde vasibusque majoribus percepit.

Et sententia eorum, qui vomitum diarrhoeamque naturae putant esse conamem, quo illae partes, quae ante choleram intrantem sanguini propriae, cujus decompositione alienae sunt redditae, per tubum cibarium removeantur, periculis a Dr. Herrmann ²⁶⁾ institutis probatur, eoque magis quum, ubi neque vomitus neque diarrhoea apparet, majoribus in angustiis versentur aegri.

Sed unde fiat, ut tubus cibarius organon horum fluidorum excretorium reddatur, utrum verum haec fluida sanguine excreta canalem alimentarem ad majorem incitent actionem, an canalis alimentaris re nescio qua incitatus fluida illa adducat, in medio relinquam, quum praeterea nonnulla ad

25) S. Zeitschrift für Physik und Chemie von Fr. Tiedemann; G. R. Treviranus u. C. Chr. Treviranus.

26) S. Cholera orientalis, Extrablatt von Dr. C. F. Klenert. S. 44.

in cholera symptomata, quorum explicatio
tti humanae fortasse nunquam continget. —

Quid dicam de affinitate cholerae epidemicae
cholera sporadica? Adsunt vero tot tantaque
um morborum discrimina, ut nullum supersit
um, quin choleram epidemicam alium habeat
morbum, ac choleram sporadicam, id quod
Annesley ²³) arguit. Sanguinis enim decom-
tio ehemica, affectio systematis nervosi duplex
us plane deficiens, color cutis peculiaris, digi-
um rugae, lingua frigida frigidusque halitus, se-
co urinae suppressa, excretio bilis impedita sunt
cholerae tantum epidemicae propria, neque
erae sporadicae. Et omnia haec, quae utrique
uo communia sunt, phoenomena alterius pro-
iuntur in cholera epidemica, quam in spora-

Ex omnibus his supra a me dictis intelligen-
est, medicum in sananda cholera spectare
re in universum:

statum systematis nervosi, eumque

- a) statum erethicum systematis nervoso-
splanchnici et spinalis;
- b) statum torpidum cerebri nervorumque
cerebraliū;

conditionem sanguinis, proclivitatem illam ad
decompositionem peculiarem singularemque.

SECTIO TERTIA.

DE ADHIBENDO OPIO AD SANANDAM CHOLERAM EPIDEMICAM.

Quamquam supra de cholerae natura quum disse-
rerem, indicationum, quae in curanda cholera spec-
tandae sunt, in universum feci mentionem, hic ta-
men indicationes, quas singula stadia praebent
speciatim tractandas esse puto. Re vera certum
est, multis in aegris decursum hujus morbi tam
rapidum subitumque esse, ut singula stadia distin-
guenda non sint, qua quoque re permotus Sco-
tæ certa stadiorum discrimina non concedit. Quum
autem a plurimis de cholera scriptoribus certum
morbi stadia significantur, ea eo lubentius probare
velim, quo accuratius indicationes Opii ejusque
contraindicationes perlustrare possum.

Nos igitur convertamus

1) ad stadium prodromorum (invasionis R-
mer l. c.). Omnia, quae hoc in stadio observantur
signa, uti sunt anxietas, horborygmi, tormina, et
arrhoea, nausea, calor universalis diminutus et al-
terata systema nervosum, praecipue Gangliorum
erethice affectum et aequilibritatem inter cutem
et viscera abdominalia perturbatam indicant. Qua
videndum est medico, ut systema nervosum ex-
citatum sedetur et consensus cutis viscerumque nu-
tritionis perturbatus restituatur. Quibus indicati-
onibus Opium satisfacere posse, cum non lateb-
at, qui, quae supra de Opii virtutibus protulerim,
memoriam revocaverit. Qua in conjunctione

in dosi Opium adhibendum sit, ab aegri natura rebusque diversis pendet; Opii autem doses minores ut porrigantur, necesse est, quo tardior cutis functio fit. Opium enim, sicuti cetera narcotica, quo tardior cutis actio est, eo majorem exercet in organismum vim (Vogt l. c.). Respicendum igitur est quam maxime consilium Ill. tenet, qui $\overline{\text{Ra}}$ Opii, praecipue vomitu jam inminente guttatim ut adhibeatur, suadet.

Ex stadio prodromorum transit morbus

2) in stadium initii, quod excreta, quae vomitu et diarrhoea expelluntur, peculiaria et cholerae asiaticae tantum propria, indicant (Remer l. c.) sequitur nunc.

3) Stadium incrementi, quo in stadio narrativa morbi propria magis magisque apparet. Spasmi enim et in abdomine et in partibus corporis extremis, rapiditas, qua canalis alimentaris motum peristalticum et antiperistalticum exercet, singula, abdomen retractum (cujus causam Remer jure spasticam declarat) sat superque statum systematis nervoso splanchnici et spinalis erethicum indicant. Cerebrum autem ejusque nervos in statu torpido, neque in paralysin transituro versantes non habere non possumus, si omnium rerum desperationem, vertiginem, surditatem linguam frigidam, vocem coericam et alia, quae praebent aegri, signa relexerimus. Neque de sanguinis stagnatione ejusque decompositione chemica ullum superest dubium. Pulsus enim evanescentes, color cutis fere ceruleus ejusque frigus horribile taleque, quale

in mortuis tantum percipitur, sanguinis conditionem in vasibus quoque capillaribus ostendunt turgoremque vitalem manifestant suppressum: imprimis autem fluida, quae per os alvumque excernuntur, decompositionem sanguinis perfectam, ut supra dictum est, testantur. Necesse igitur est, ut medicus tribus satisfaciatur indicationibus: paralysis enim cerebri ejusque nervorum incipiens est removenda; erethismus systematis nervoso-splanchnici et spinalis tollendus, denique sanguini alienato succurrendum est.

Videamus nunc, utrum hisce indicationibus respondeat Opium, nec ne.

Re vera Opium vi sua in systema nervosum sedativa aptum esse videtur, ut erethismus systematis nervoso-splanchnici et spinalis removeat. Num forte cerebri, nervorum cerebralium et sanguinis conditionem negligere licet? Nonne timendum nobis est, ne usu Opii cerebrum ejusque nervi, quippe qui in torpore versentur, paralytici reddantur? Corrigentibus Opii vim coercendam esse, nonnulli putabant medici. Quid? Quis medicorum geometrica subtilitate directionem actionis Opii determinare ausit! Opii enim dosis, quamvis parca, ita vero, ut sub alia rerum conditione nullam in cerebrum exerceat vim, hic timenda est, ne, actione cutis suppressa, alterius progrediatur et paralytin cerebri nervorumque cerebralium acceleret.

Sed porro. Sanguis, ut antea demonstravimus, chemice alienatus est. Constat autem inter

nes Opium magnam habere proclivitatem ad
 osam sanguinis partem: quid igitur cum Opio?
 ane Opii usu sanguis, quippe qui reapse alie-
 us sit, eo celerius mutatur? Certissime. Quum
 ur duae summi momenti adsint res, quae Opii
 m hoc in stadio accuratissime vetent, quis du-
 et, quin Opium non adhibeat! Nihilo tamen
 us nonnulli medici metu permoti, ne diarrhoea
 ia detrimentum caperent aegri, Opium ut ex-
 eretur, suadebant. Quaeritur autem, utrum
 ec diarrhoea sistenda sit nec ne.

Expelluntur enim per os alvumque fluida ante
 lleram intrantem sanguini propria, cujus tamen
 compositione corpori aliena, id quod in capite
 ecedente conamen naturae ad removendas res
 alienas nominatum est. Quid igitur diarrhoe-
 sistere te juvat, nisi diarrhoeae causam sustu-
 ss, sanguinis dico decompositionem, quam Opium
 solum non impedit, sed potius accelerat: immo
 eo experientia ipsa alvum obstipari vetat, du-
 te sanguinis decompositione. Docet enim ex-
 ientia, omnes illos aegros, in quibus neque
 rrhoea neque vomitus adsit, summo in periculo
 sari, et ut opinor propterea, quod fluida san-
 me excreta, quae natura per tubum cibarium
 cellere studet, impedimento nescio quo ibi si-
 nentur, mechanice, fortasse quoque chemice,
 alem irritant alimentarum, ex quo spasmi ve-
 mentiores, inquietudo major aliaeque molestiae
 ginem ducunt, ita quidem ut emeticis alvum-
 ducentibus miserrimis aegris succurrere co-

gantur medici. Quis igitur diarrhoeam sistere cupiat, praecipue Opio, cujus actio in cerebrum sanguinemque summum damnum affere possit aegro!

Quare hoc in stadio neque per os, neque per alvum Opium adhibere possumus, quod tamen ad inunctionem abdominis ceterorumque locorum dolentium negligendum non est, quia hac ratione actio localis sedativa, vi secundaria universali non accidente, est exspectanda.

Dr. Dyrrson ²⁸⁾ morphium aceticum ad scrupulum cordis vesicante vulneratum contra singultum spasmosque hac in regione haerentes adhibendum laudat.

Non possum, quin confitear, me bonos eventus, quos Angli post Opium usum observabant in cholera quosque Herz et medici Riganenses ²⁹⁾ magnis adhibitis Opium dosibus tribuunt, secundum theoriae leges explicare non posse. Et Mebes ³⁰⁾ si narrat se aegrum, de quo omnes jam desperaverant, uncia Laudani dimidia per tres horas porrecta, in vitam reduxisse, immensam Dei potentiam admirare et adorare, nos autem ab imitatione periculosa cavere debemus.

At haec, quae de Opium usu abusuque dixerim, potissimum transferenda sunt

²⁸⁾ S. Protokoll. Extrakte sämtlicher Aerzte Riga's etc.

²⁹⁾ Protokoll-Extrakte pag. 46.

³⁰⁾ Ibid. pag. 162.

4) ad stadium fastigii, quo omnia symptomata
num gradum assecuta quum sint, omnes indi-
ones Opii et contraindicationes maxime sunt
ficiendae. Quod stadium, nisi mors supervene-
ttransit

5) in stadium decrementi, in quo sanguinis
gestio, uti semper, stagnatione ejus sublata, fieri
t, caput versus observatur, eoque major, quo
mentius Opium in usum est vocatum. Si igi-
hoc in stadio aliquod symptoma v. g. diarrhoea
a mucosa, aut biliosa, vel tale quid, usum
postulet, haec sanguinis proclivitas ad conge-
nem caput versus quam maxime spectanda est,
um autem summa adhibita cautione porrigen-
t, et quidem propterea, ne febris typhodes, ad
ma hoc stadium per se pronum est, excitetur,
lletur.

Neque invitus complicationum, quae in cholera
ervantur Opii que usu omni ex parte vetant,
tionem non feci. Verum enim nemo est, qui
concedat, interdum indicationem vitalem in
era spectandam esse: negari tamen non potest,
quod ex his, quae jam dixi, facile intelligendum
Opium non esse remedium, quod indicationi
in cholera satisficiat. Quare omnes hae le-
quae in aliis morbis de hac re acceptae sunt,
cholera quoque eandem habent auctoritatem,
ll complicationes, Opii usum si vetant, maxime
respiciendum. Restat adhuc, ut de Opii usu
tadio cholerae posthumum aliquid proferam.
m vero morbi posthumi, quamquam e cholera
nem ducunt, ad cholera tamen ipsam non

pertineant, de hisce, ne propositi fines transgre-
diar, speciatim tractare nolim; in universum autem
memoratu dignum aestimo, Opium, si quid mor-
bosi hoc in stadio nihil aliud, nisi id medicamen-
adhibendum postulet, provide porrigendum esse.
Negligere enim adhuc non debemus naturam san-
guinis venose praevalentem neque ejus proclivita-
tem ad congestionem caput versus.

V I T A.

citius Marcusy natus sum Landsbergiae, oppi-
Silesiae superioris mense Novembris anni MDCCCVII
e hujus oppiduli incola et a matre e gente WIENS-
ITZ. Puer morbis diversis vexatus sero demum li-
m elementis domi sum imbutus. Anno MDCCCXXIII
laviam perveni et Gymnasium Elisabethanum adii.
illis annis post Olsnam me contuli, ubi Gymnasium
urbis me recepit. Vratislaviam redux testimonio ma-
is instructus mense Novembris anni MDCCCXXVII
TREVIRANO t. t. rectore magnifico almae univer-
literariae civibus adscriptus apud Ill. PURKINJE
decanum maxime spectabilem medicinam professus

Ex quo tempore scholis his me interfuisse glorior:
xc. BARKOW de osteologia et syndesmologia. Ill.
EDICT de chirurgia, ophthalmiatrie, de instrumentis
gicis et fasciis rite applicandis; praeterea examinato-
rebus chirurgicis instituta clinicumque chirurgicum
di facultatem mihi dedit. Exc. BETSCHLER de arte
ricia, nec non in clinico obstetricio, cui praeest, sum-
am benignitate mihi fuit dux. Exc. BRANIS de logice.
SCHER de chemia. Exc. GLOCKER de mineralo-
Exc. GOEPIERT in excursionibus botanicis habui
Exc. HENSCHER, virum mihi summe venerandum,
tanice medica et phytotomia disserentem audiui. Exp.
PRICH de temperamentis. Ill. KLOSE de pathologia
sali, de therapia et de formulas medicas rite conci-
arte. Ill. OTTO de anatomia corporis humani cum
tica tum practica, zoologia, osteologia et syndesmo-
anatomia comparativa et pathologica, foetus historia

methodoque sectionum forensium rite instituendarum
 nignus mihi fuit praeceptor. Ill. PURKINJE de ph
 gia. Ill. REMER de therapia generali et speciali
 quoque vir excellens, cujus memoriam pia mente s
 recolam, in clinico medico optimus mihi fuit mod
 Exp. REMER jun. de syphilide et de morbis auris h
 nec non ad aegrotorum lectos benevolus mihi exstitit
 ceptor. Ill. WENDT, cujus viri erga me benevol
 grato animo semper recordabor, de materia medic
 therapia. Exe. SEERIG de operationibus chirurgicis
 BURCHARD in auxilio parturientibus afferendo sed
 nigne me adjuvit.

Quibus viris Illustrissimis, Celeberrimis et Expe
 simis optime de me meritis gratias, quas habeo, m
 ago agamque.